

(1206) 1207, febrer, 6

*Arnau de Palol firma a Sant Daniel el mas Abadenques de Palol d'Onyar que havia assignat com a herència a la seva germana Raimunda.*

ASD núm. 69, perg. orig., 145 x 160 mm, que té cosit un pergamí de 40 x 90 mm. Còpia; *Llibre de capbreuacions de Setcases*, núm. 90, f. 144v. Hi ha una altra còpia autèntica de 1777 dins del *Llibre de capbreus y notas de la senyora infènnera*.

Sit notum cunctis quod ego Arnallus de Palaciolo, per me et per omnes meos presentes et futuros, consilio et uoluntate domine matris mee Bernarde, dono, laudo atque concedo Deo et ecclesie Sancti Danielis in perpetuum totum illum mansum integre quem inhabitat Arnallus de ipsis Abbadenchis in parrochia Sancti Saturnini de Palaciolo, quem iam etiam ibi assignauit pro hereditate sororis mee Raimunde, cum exitibus et ingressibus et pertinentiis et tenedonibus et hominibus et feminis et uineis et terris cultis et heremis et censibus et usaticis et agrariis et stabilimentis et seruiciis et adempramentis et omnium rerum dominiis siue exaccionibus ac prouentibus ad omnem uoluntatem ipsius ecclesie in perpetuum faciendam pro alodio francho sine retentu meo et meorum et sine impedimento alicuius uiuentis persone; et si aliquo iure scripto uel non scripto siue exceptione aliqua in futurum huic contractui obuiam ire possem, illi iuri omnino in perpetuum renuncio. Si quis hoc rumpere uoluerit, non ualeat.

Actum est hoc .vm. idus februarii anno Domini .MCCVI.

Sig+num Arnalli de Palaciolo, sig+num Bernarde matris eius, sig+num Raimundi de Sancto Stefano, sig+num Gaucerandi de Palaciolo, qui hoc firmamus firmarique rogamus saluo tamen iure baiuli. Sig+num Petri de Sancto Martina. Sig+num Raimundi de Petraincisa. Sig+num Bernardi Ballisterii. +Ego Raimundus, Dei gratia Tarrachonensis archiepiscopus, confirmo\*. Sig+num Petri de Castilione, qui hoc scripsit.

Extret de: Marquès, Josep M., ed. Col·lecció diplomàtica de Sant Daniel de Girona (924-1300). Barcelona: Fundació Noguera, 1997. 175